UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De laude scripto[rum] pulcherrimus tractatus d[omi]ni Joha[n]nis tritemij abbatis Spanhemensis ordinis sancti benedicti de obserua[n]tia burßfelden[sis] ...

Trithemius, Johannes

Maguntinu[m], 1494

De his q[ui] haud sciu[n]t scribere quid faciant ix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31333

Visual Library

De his qui ſcribere nō poſſunt. Ca. ix.

SI qui autē fratres eſſent
adeo rudes ꝛ aridi ut penitus ſcribere neſciāt:
ſuademus in primis ut diſcāt: qꝛ nichil adeo
difficile eſt qđ nō cedat bone voluntati. Qđ ſi
omnino hanc ſacratiſſimā artem nō potuerint addiſcere:
dabimus in promptu conſiliū: ne fructu tam ſancti ope
ris penitus priuentur. Scriptoribus ergo in alijs ſuc
currite: ſi ſcribendis voluminibus ipſi nō valetis inſiſtere.
Unus corrigat qđ alius ſcripſit: alius rubro ornet qđ
ille emendauit: hic notis diſtinguat atqꝫ ſcematibus: cō
glutinet iſte et liget codicem aſſeribus. Tu aptabis aſſe
res. iſte corium: laminas ille pparet ad ornatū. Nullus
hic deſit miniſteriū: quo deuotius ſcriptor releuatus. ſuū
valeat continuare officiū. Deniqꝫ ad ſcribendi rationem
multa pertinent: que ſingula poſſint ſinguli preparare.
Scindat vnus pergamenū. alius purget: tercius linean
do ſcriptoribus aptet: alius encauſtū. pennas alius mi
niſtret. Semper enī habetis quo ſcriptores veſtros de
beatis ſupportare. Nec diſpliceat vobis ſi vtilis ſcriptor
iudicio abbatis ab oneribus cōuentualibus interdū ſup
portetur. Uos alloquor fratres qui aliqua cauſa prepe
diti ſcribere nō valetis: vobis hec dogmata pcipua in
tentione expoſui. Intueamini monachos quondā noſtri
ordinis inſignes. ut contemporaneos Bede. Rabani.
Haimonis ceterorūqꝫ venerabiliū abbatū: cum quanta
hilaritate ſcriptoribus miniſtrarūt. Incredibili nāqꝫ ſcri
pturarū amore feruentes beatos ſe eſtimabāt et felices:
ſi doctores et ſcriptores ſuos in aliquo potuiſſent adiu
uare. Hoc ſtudiū monachoꝝ ſanctitate morū venerabile
ordinē noſtrū quondā magnifice ſublimauit: quo defi
ciente: excellentia ordinis collapſa perijt. Nūc itaqꝫ fra
tres pro animarū veſtraꝝ ſalute et ordinis. ſanctis ſcrip
turis feruenter inſiſtite: ut ad eos qui vos in eo laudabi
liter pceſſerūt poſſitis cū gaudio puenire. Nemo ſe a la

Qui librarii et omnia reductus f. 13.

Ordinis S. Benedicti gloriosi fratres In oratione de bibliotheca vide folio 10.

bore ſcribendi excuſare audeat: qui penā ocioſoꝝ euade-
re deſiderat. Si nō potes ornate ſcribere. ſcribe ut p̄ua-
les: hoc tantū caueto ne ſenſum ſcripturarum tua negli
gentia corrumpas. Malo em̄ codicem habere emenda-
tū q̄ȝ pulchrū: exilem q̄ȝ nullū. Ne dicas ergo quia bene
ſcribere neſcio. idcirco excuſatus ſum: ſed ſcribe ut potes
et nichil a te amplius exigitur.

De materia quam ſcribant. Cap̄. x.

Si autē queratur quales mate-
rias monachi debeant ſcribere: breuiter re-
ſpondem⁹ q̄ tales. q̄les obedientia ſuperioꝝ
iniungit. In abbatis em̄ vel prioris arbitrio
eſt: q̄d vnicuiq; ad ſcribendū velit iniūgere. Caueant ta-
men ne infirmis fratribꝫ tales materias ad ſcribendum
cōmittant: de quarū lectione infirmiores fiant. Non em̄
expedit omnes materias legere omnibus. Et ſi tale quid
ſcribi debeat. cōmittatur fratribus fortioribus et erudi-
tis: q̄ nouerint mel ſugere de petra. et oleū de ſaxo duriſſi
mo. Libri autē ſanctoꝝ patrū. quibus diuinas explana-
uere ſcripturas a monachis ſingulari ſtudio ſcribēdi ſūt:
quia ex illoꝝ noticia ad intelligentiā myſterioꝝ dei copio
ſius inſtruūtur. Sed et eorundem tractatus qui ad exci
tandā deuotionē idonei ſunt p̄cipua intencōne a noſtris
ſcriptoribus ſunt ſcribendi. Et generaliter omnes libri.
qui vel bonis moribus inſtituendis. vel orthodoxe fidei
integritati deſeruiūt. ad monachoꝝ ſtudia ſunt compa-
randi. Sed nec ſecularium litterarū codices recuſamus.
immo diligimus: quoꝝ ſcientia ad intelligentiā ſanctaꝝ
ſcripturarū nobis valde neceſſaria eſt. Hoc monachi ve-
teres nō ignorantes. in om̄ibus diſciplinis ſecularis lit-
terature inſtituebātur. Quattuor autē monachis quantū
ad eoꝝ ſtatū attinet ſcienda ſunt: ſine quoꝝ ſcientia vni
tas eccleſiaſtica non diu poſſet in ſuo robore ſubſiſtere.
Theologia. muſica. iura. et ars computiſtica. Intelligen
tibus rationes ſingulorū aperte ſunt: quas in alio loco